

se ipso imaginem agnoscat, non in corruptibilem corpore, sed in anima spiritali, quę^{c)} est immortalitas ęterna. Sic enim deus ubique totus, plenus et perfectus, omnia vivificans, movens et gubernans, sic et anima hominis in corpore ubique tota, plena est et perfecta, vivificans eum, movens et gubernans. Nec aliquid magis homini in hac vita corporis manenti necessarium est nosse quam deum et animam suam, quia quantum quisque deum agnoscit, tantum diligit, et quantum se ad imaginem dei conditum intelligit, tanto animam suam sibi cariorem habebit, spiritalem vitam exercens, carnalia desideria mortificans, ut et hic de inimicis victoriam et in futuro gloriam promereatur^{d)} ęternam.

Nam sicut sine fide ad veram beatitudinem neminem pervenire diximus et qui, nisi se ad imaginem sui conditoris factum intelligit et ipsam imaginem in se dignis moribus veneratur, ut deum et dominum suum agnoscere valeat, ita etiam nisi qui pauca verba, quę in simbolo continentur et oratione dominica, diligenter memorię commendaverit, nullatenus ab ęterno interitu salvus erit. Nemo enim sine fide salvabitur: Quomodo enim fidem tenebit, nisi eundem symbolum memorię tenuerit? Vel quomodo ad fidem pervenire poterit, qui orationem, quam ipse dominus Iesus Christus composuit omnibus ad salutem, discere non curavit? Ideo nosse omnes omnino debent christiani propterea reverentissimum dominum nostrum hęc tam

c) quę = cui oder cuius d) *korr. aus promereantur Cod.*

Circle of Alcuin to the School of Auxerre. Logic, Theology and Philosophy in the Early Middle Ages (Cambridge studies in medieval life and thought, 3rd series, 15, 1981) S. 161: Quapropter, quisque diligentius attendat primae conditionis suae excellentiam, et venerandam sanctae Trinitatis in seipso imaginem agnoscat ... Zu Zeilen 24–27 vgl. ebd. S. 159: Primo quidem, ut, sicuti Deus unus semper ubique totus est, omnia vivificans, movens et gubernans ..., sic anima in suo corpore ubique tota viget, vivificans illud, movens et gubernans (auch überliefert als Pseudo-Augustinus, Liber de spiritu et anima c. 35, Migne, PL 40, Sp. 805 und als Pseudo-Ambrosius, De dignitate conditionis humanae c. 2, Migne, PL 17, Sp. 1105 B; unter letzterem Namen zitiert in den Libri Carolini c. 7, MGH Conc. 2 Suppl., S. 22); dazu Marenbon, a.a.O., S. 33ff. Vgl. auch Alcuin, Disputatio puerorum per interrogationes et responsiones c. 2 (Migne, PL 101, Sp. 1101 B: Primo quidem ad imaginem suam eum creavit, quod in nobilitate interioris hominis considerare debemus, ut sicuti Deus unus semper ubique totus est, omnia vivificans, movens et gubernans ..., sic anima in suo corpore ubique tota viget, vivificans eum, movens et gubernans, und Alcuin, De animae ratione liber ad Eulaliā virginem c. 1 (Migne, PL 101, Sp. 639 A–B): Nec aliquid magis homini in hac mortalitate viventi necessarium est nosse, quam Deum et animam. Quantum enim quisque Deum agnoscit, in tantum diligit, qui minus agnoscit, minus diligit. Zum Einfluß Augustins auf Alcuin gerade in der Analogielehre zwischen Trinität (Gott) und menschlicher Seele vgl. neuerdings Gerhart B. Ladner, Eine karolingische Modifizierung der psychologischen Trinitätsanalogien des hl. Augustinus, in: Aus Kirche und Reich. Festschrift für Friedrich Kempf (1983) S. 45–53.

Zeile 36ff.: vgl. unten S. 417 Kapitular II c. 14.